



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 74. Regis edictum in favorem Calvinistarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcn' XVI. A.C. 1559. permiffa interim conscientii libertate  
Conciliu liberi propediem celebrandi  
fpes fiat: præcipue cum ad illud fum-  
mus Pontifex animum fatis propenfum  
exhibeat.

§. LXXIV.

*Regis edictum in favorem Calvini-  
starum.*

Placuit Olivarii confilium, quocirca  
Rex promulgato edicto in quempiam  
ex fuis fubditis ob Religionem inquire  
prohibuit, ab hac tamen gratia exclu-  
fis Calviniftarum Præconibus, omni-  
busque illis, qui Religionis prætextu in  
Regem, Reginam, Regis Matrem, ejus  
fratres, ac reliquos Principes, Mini-  
ftrosque, vel in Regiam denique familiam  
Regisque Chriftianiffimi domefticos con-  
filia inierunt. Intererant Senatui, in  
quo hoc edictum condebatur, Colinius  
Præfectus, ejusque fratres, ac ceteris  
prior Rex, & postmodum Regina ejus Ma-  
ter illud proprio firmarunt chirographo,  
pariterque tres Castelliones, nimirum  
Cardinalis, Colinius, & Andelotus, cum  
id recufare haud poffent, huic edicto  
fubfcripferunt: eapropter mox divulga-  
tum eft, hosce tres factioni nuntium mi-  
fiffe: attamen, ne ex hac fama ceteri  
animo conciderent, adeo prompto oc-  
currebant remedio, tamque feftinanter  
miffis



Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.

missis undique literis rei gestæ seriem exponerent, ut Calvinistæ eorum fidem adeo non suspectam haberent, quin potius illos majori adhuc veneratione colerent. Insuper hac agendi ratione Colinio duplex accrescebat commodum; primo enim, quamvis edictum sectæ profitendæ libertatem non concederet, ad id nihilominus collimare videbatur, eoquod unacum indulta præteritorum venia insuper præciperet, ut ab omni ferme inquisitione in reos cessaretur: dein ipsum hoc edictum ad hoc non parum conducere existimabat Colinius, ut Rex conjurationis famam neglectui haberet; illam enim nondum fuisse detectam credebat, & sperabat etiam, quod, si forte Rex in obscuram illius notitiam veniret, hujus tamen edicti securitate sopitus, spretis ejusmodi rumoribus sibi præcavere neglecturus esset: interea hoc Regis edictum ad Senatum mittebatur, atque ad Procuratoris Generalis preces die quarta Martii ad acta relatum est.

## §. LXXV.

*Condæus Princeps Ambasiam ad Regis aulam delatus.*

Nihilominus Guisii Principes, ut hanc conjurationem dissiparent, nullum non movebant lapidem, ac præprimis

B b 2

Re-